



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Ars Bonæ Mortis. Sive: Quotidiana Erga Sanctissimam Dei Matrem Mariam Pietas

Ad omnia quidem utilis. Ad felicem tamen mortem obtinendam utilissima

Hevenesi, Gábor

Coloniæ Agrippinæ, [ca. 1708]

XXII. Junii.

[urn:nbn:de:hbz:466:1-50961](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-50961)

S. Eberhardus Episcopus, ut amorem suum in Mariam opere testaretur, nihil illi negavit, quod in mariæ nomine petiit, ob quam liberalitatem illud promeruit, ut ei Deipara cum calice aureo, pleno liquore cœlesti, apparuerit. *Nadafr.* Qui vult Mariam Matrem, pauperum agat Patrem.

S. Eberharde mihi quôq; unam à te gratiam mendicanti te Patrem ostende, utque negare non possis, per veterem & modernum tuum in Mariam amorem te rogo, ut nunc in cœlo gloriosus pro me apud illam intercedas, ut se mihi propitiam in agone reddat & mortis amaritudinem suæ opis dulcedine mitiget. O Sanctissima Dei, & mea, Mater pretiosissima! ego indignissimus filius tuus ex toto corde, omnibusque tam corporis, quàm animæ viribus centies millies, imò infinities te saluto: te omni possibili omnium possibilium & actualium creaturarum affectu amare, tibi usque ad ultimum vitæ spiritum, &c. *fol. 2.*

Ad quod impetrandum: Elegantem ejus iconem visurus hodie Artifici bene precabor.

Maria speciosior facta est, & dignior quàm totus mundus; quia quem mundus non merebatur accipere, in cubiculo uteri sui sola ipsa suscipere meruit. *S. Chrysost.*

Quæstio: An Mariæ chariùs sit, opes ejus amore in pauperes erogare, an opus aliquod stabile ejus honori curare?